



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Capvt II. De effectu huius Sacramenti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

fin pag. 107. P. Valeri. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 28. numer. 50.
cum seqq. P. Aegid. de Sacram. tom. 2. disp. 19. à num. 3. & de oleo infi-
morum, in quo sunt facta multa miracula. vide P. Martin. Delri. dis-
quisit. magic. lib. 6. c. 2. sect. 3. pag. 512.

¶ Formam dende esse illa verba.] Vide Sayr. de Sacram. in genere l. i.
c. 3. art. 5. verf. In Extrema Vnctione, P. Henrig. in sum. li. 3. c. 8. § 3. P.
Aegid. d. disp. 19. a num. 13. P. Valer. Regin. li. 28. a nu. 54. Pet. Ledesm.
d. tract. de Sacram. Extremæ Vnctionis c. 3.

C A P V T II.

De effectu huius Sacramenti.

REs porrò & effectus huius Sacramenti illis verbis explicatur: Et a oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus; & si in peccatis sit, dimittentur ei. b Res etenim hæc gratia est Spiritus sancti, cuius Vnctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit; & agrotianam alleuiat & confirmat, magnam in eo diuinæ misericordiæ fiduciam excitando: quia infirmus stableuatus, & morbi incommoda ac labores leuis fert, & temptationibus dæmonis, c calcaneo insidian-
tis, facilius resistit; & sanitatem corporis interdum, vbi sa-
luti animæ expedierit, consequitur.

^a Iac. 5.
^b Ibid.
^c Infr. can. 2.
de Sacram.
extrema
vnct.

R E M I S S I O N E S.

Vide Sayr. de Sacram. in genere li. 5. c. 1. q. vnic. art. 2. verf. De Sa-
cramento Extremæ Vnctionis, P. Henrig. in sum. li. 3. c. 9. late
P. Aegid. de Sacram. tom. 2. disp. 19. num. 16. cum seqq. Baldv. Iunium
super opera controvrsi Bellarm. p. 2. li. 6. c. 2. Pet. Ledesm. in sum. p. 1.
tract. de Sacram. Extremæ Vnct. c. 4.

C A P V T III.

De ministro huius Sacramenti, & tempore quo dñe ridebeat.

IAm verò quod attinet ad præscriptionem corum, qui & suscipere & ministrare hoc Sacramentum debent, haud obscurè fuit illud etiam in verbis prædictis traditū. non ostenditur illuc, os proprios huius Sacramenti ministros esse Ecclesiæ Presbiteros, quo nomine, eo loco, non erant seniores aut primores in populo intelligendi veniunt

L

fed

